



Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola LV. Ioannis Papae VIII. Ad Vrsvm Dvcem Venetiarvm.
Inobedientiam accusat, & monet vt episcopos Venetiae ad Synodum
Rauennae celebrandam accedere curet, & ipse quoque vel veniat, vel
legatos ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

tis. quia post Deum vnicā spes salutis & liberationis nostræ fiducia vos procul dubio estis. Ideo per vosmetipſos properantes, congruum & opportunum nobis præbere auxilium non differatis: vt & Dominus, qui elegit vos caput orbis, & dominum fecit, auxilium suum vobis de sancto mittere semper dignet, amantissime fili. Data viii. Kalendas Iunii, indictione x.

EPISTOLA LV.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD VRSVM DVCEM VENETIARVM.

Inobedientiam accusat, & monet vt episcopos Venetiæ ad Synodum Rauennæ celebrandam accedere curet, & ipſe quoque vel veniat, vel legatos mittat.

Ioannes episcopus Vrso duci Venetiae.

MVLTIS esſes nimirum iuſtæ correptionis a nobis increationibus ſubmittendus, niſi apostolica moderatio circa te minus ſeueritate quam patientia vteretur. Exceptis enim excessibus illis, quos per inobedientiam prius contraxeras, ad extreſum etiam legationem B. Petri indignam tuis oculis iudicasti, cum hoc nec gentilis quifquam facile feciffe clarescat: maxime cum ea, quæ dilectioni tuæ mittebamus, paterna eſſent monita, non inimici odientis verbera. Sed iſta diſſimulat̄es, innotescimus dilectioni tuæ, nos octauo Kalendas Iulias Rauennæ Synodum totius Italiæ ſacerdotum celebraturos: cui intereffe volumus & marinæ Venetiæ antiftites, qui adhuc ſupereffe noſcuntur, vna cum personis ad episcopatum electis, & illis, quas tibi iam per diuersas epiftolas ſignificauimus. Quapropter bene profecto facies, fi eos ad prædictam venire Synodum non impedieris, ſed modis omnibus incitaueris. Non enim ruinam eorum cupimus, abſit, ſed illius ſtatū reformare prouincia, & quidquid inter eos & metropolitanum quæſtionis & controuersiæ vertitur, canonice diffinire. Itaque indubitanter veniant, & tam sancto numerosoque fratrum deeffe nullo modo patiantur collegio. Non enim, mihi crede, in aliquo minorati, quod auertat Dominus, ſed potius augmentati, Christo propitio, ad propria reuertentur. Sin autem communi omnium decreto,

cum

cum ecclesiam non audisse claruerint, erunt procul dubio, quemadmodum sacrosanctum de huiuscemodi præcipit euangelium. Illud autem ipse pro certo scito, quia nihil Matth. 18.
pro vlo mortalium imminui ecclesiæ tuæ cupimus; sed de-
cus & genium tuum veluti spectabilis, & Deum timen-
tis viri, conseruari volumus & optamus. Vnde monemus,
vt & ipse ad nos Rauennam profici ne pigriteris: sin
autem, saltem virum quemquam industrium nobis gloriae
tuæ iniuncta legatione fungentem dirigere non detredes.
Data vi. Kalendas Iunii, indictione x.

E P I S T O L A LVI.

I O A N N I S P A P Æ V I I I .

A D P E T R V M E T L E O N E M E P I S C O P O S
V E N E T I A E.

Vt Rauennam ad Concilium proficiscantur, in quo com-
ponendæ sunt controversiæ, quæ cum metro-
politano nonnullis intercedunt.

Ioannes episcopus Petro & Leoni episcopis Venetiae.

V NIVERSALE tandem aliquando nos celebrare Conci-
lium, multiplex & multifaria nos ecclesiarum necessi-
tas cogit; & ideo pro hac moderanda vel dispensanda,
octauo Kalendas Iulias huius indictionis, totius Italæ
apud urbem Rauennam conuenire iussimus sacerdotes:
ad quorum videlicet sacratum collegium, pontificio no-
stro mediante, vestram quoque sanctitatem occurrere
commonemus, vna cum his, qui loco sunt episcoporum
decedentium subrogati. Et illis nihilo minus, quos Vrsso
glorioso duci, & vobis scribentes, nostris saepius & expres-
sius significauimus syllabis, atque, vt absolute regulariter
que fateamur, omnibus qui se laeos existimant: quos ge-
neraliter auctoritate apostolica sanctitas vestra secum pro-
peraturos aduocare profecto debebit. Itaque fratres indu-
bitanter accedite, vt præter communem utilitatem, quæ
in Synodo est procul dubio componenda, quidquid inter
fratrem & coepiscopum nostrum Petrum videlicet metro-
politanum vestrum, & prædictos controversiæ vertitur,
canonicum finem accipiat; & pax & tranquillitas ecclesiis
vestris, sicut condecet, reformatur. Non ergo carissimi

Concil. Tom. 24.

K